

1169

D O G M A T I C I.

1170

CCCCLXXXII.

U. 288

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 192. f. per duas columnas caractere atro luculento maximam partem scriptus, et rubricis distinctus continet I. *Petri Lombardi Sententiarum Libros duos Priores*, praemisso Prologo, et Titulis Capitum non tantum I. et II. sed etiam III. *Libri*, ad quorum calcem etiam *Capita* IV. *Libri in fine presentis Voluminis* promittuntur, non tamen comparant. Textus multis Notis etiam inter lineas illustratus est.

II. fol. 177. p. 2. *Sermo Augustini de Ebrietate vitanda*. Init: *Licet propicio Deo (Christo) fratres karissimi credam vos &c. Potius Caesarii*, et ideo a *Maurianis* repositus in *Append. T. V. col. 490.*

III. fol. 179. p. 2. *Augustinus de ebrietate vitanda*. Sequitur *Append. cit. col. 493.* et ipse *Caesarii*. Incipit vero: *Frequenter caritatem vestram fratres karissimi paterna pietate ammonui &c. Uterque integer in Codice.*

IV. fol. 181. p. 2. Sequitur de *Utilitate Matrimoniorum*. Non sic inscriptus ab autore *Augustino* Liber, sed: *De Bono Conjugali*. Habetur edit. cit. T. VI. col. 319. et incipit: *Quoniam unusquisque homo humani generis pars est &c. Nihil deest.*

V. fol. 187. p. 2. Incipit *tractatus Sancti Hieronimi de essentia diuinitatis dei, et de inuisibilitate et eius immensitate quem fecisse se dicit in libro de viris illustribus.*

Noli credere *Librario*; nihil enim dicit *Hieronymus* de *Opusculo* vago et pluribus adscripto, ut jam alibi hoc *Vol.* explicui. Init illud: *Omnipotens deus pater et filius et spiritus sanctus &c.* et habetur etiam *Opp. Hier. edit. Vallars. T. XI. col. 138.* inter *Spuria.*

VI. fol. 189. p. 2. Incipit *tractatus Beati Bernardi de quatuor gradibus spiritualis exercitij sue scala Claustralium*. Initium: *Cum die quodam corporali manuum labore occupatus &c.* Jam dixi *Bernardo* subpositum hoc *Vol.* ad *Exemplar* italice versum. Extat interim edit. *Maur. Bernh. Vol. II. T. V. col. 311.*

CCCCLXXXIII.

U. 289

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 211. f. scriptus, ut praecedens, cujus est *Pars* altera continens *Sententiarum* L. III. et IV. repetito *Capitum* L. III. Elencho, et suo etiam L. IV. praefixo Elencho. Uterque Liber notis stipatus est, et ad calcem quidem *Tertii* habetur: *Hec feria 2^a rogationum Anno &c. 32.* ad calcem vero *Quarti*: *Hec in die sancte Elisabeth Anno &c. 32. et sequenti die lecta.* Utique pro Scholis.

CCCCLXXXIV.

R. 1135

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 85. 4. per duas columnas eleganter exaratus, rubricis enotatus, et prius *Collegii Vienn. S. J.* continet *Librum* IV. *Sententiarum Petri Lombardi,*

D 2

prius

prius tamen *Incipiunt quedam questiones magistri albini de Sancta trinitate*, illae nempe ad *Fredegisum*, quae in edit. *Opp. Alcuini* feu *Albini*, Ratisb. 1777. extant T. I. P. 3. p. 739. f. cum *Praef.* quae in nostro Codice non habetur. Initium earum est: *Quomodo deus vere sit vnitas et vere trinitas?* R. *Vnitas in substantia, tri-*

nitas in personis. Et finis: Caro uero dimisit, dum in cruce spiritum emisit. Textus Editis probe respondet. Jam hinc magno nitore sequitur praedictus Liber IV. inscriptus Sacramentorum, unita: Samaritanus enim uulnerato appropians curationi eius sacramentorum alligamenta adhibuit &c. Ad calcem non est oblitus sui Librarius:

*Est studio cuius pars scripta uoluminis huius,
Huic laus accrescat, post hanc uitam requiescat.*

Addidit vero et Hymnum huiusmodi, unde in Dioecesi *Passauensi* scripsisse credas:

*Gloriosa fulget dies, exultet ecclesia.
Angelis, hominibus pax et leticia
Immortali translatus emicat memoria
Valentinus pontifex spes nostra salus et gloria.
Gaudet celum inclita praesulis examina, (ex anima?)
Terra meritis, corpore triumphat felix Patauia. &c.*

CCCCLXXXV.

U. 425 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 340. f. per duas columnas nitide exaratus, rubricis distinctus, et Collegio Ducali quondam addictus testamento *Thomae de Haselbach*, praemissis ab alia currente manu *Quaestionum Titulis* et *Quaestione* pertractata: *Utrum cognitione naturali possit inuestigari, quod aliqua cognitio supernaturalis necessaria est anime nostrae intellectiue pro statu isto, ad quem ex puris naturalibus non potest attingere?* inscribitur minio: *Incipit primus liber venerabilis magistri sacre theologie fra-*

tris Iohannis scoti De ordine minorum fratrum super primum sententiarum. Et continuo: Quem ego Petrus de Pulka emi a venerabili domino Magistro Nicolao de hebersdorf doctore Medicine. Noti in Historia nostra Academica Viri, quorum postremus jam a. 1403. Facult. Med. Decanus, a. 1414. Rector Univerfit. a. 1421. aedes suas fitas in platea dicta Weibenburg Collegio Medico donavit. De vita et Scriptis Iohannis Duns ex O. M. acutissimi ingenii Viri, qui ἀντονομασικὸς Doctor Subtilis dictus, postquam Oxonium et Parisios illustrasset, Coloniae a. 1308. diem claudit,

Fon-